



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De cantico ad puteu[m]. ca. xxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Numeroꝝ

De cantico ad puteum
Capitulum. XXX.

De eo loco appa

e ruit eis puteus, id est, hoc loco venerunt in altum locum: ubi monstravit domino foderunt puteum. Unde subdit Quia hunc puteum foderunt principes duces multitudinis in datore legis. In domino hoc tamen in hebreo non legitur. Et ascendit aqua de puteo donec super rediret. Forte in signum quod exinde pugnaret, et hostes supergrederentur in hunc modum: et obruerentur. Quo visio cecinit israel carmen istud. Ascendat puteus etc.

De morte seon regis amorreorum et regis basan.
Capitulum. XXXI.

Gressus populi

e aliis mansiones pervenit usque in bamothe. Hec est nomen hoc mansionis: scilicet vallis in regione moab: in vertice phasga. Id est, supra montem illum. Vel forte adeo mons ille magnus est quod in vertice huius colles et vallis. Inde misit israel nuncios suos ad seon regem amorreorum ut transiret ei per terram suam concederet. Qui noluit. Imo cum exercitum egressus ei obviam in deserto pugnavit cum israel, et percussus est in ore gladii. Id est in instantia. Josephus dicit plurimos ex eis siti perisse, alios ruentes ad fluvium laculis terre fixos, fugientes ad montia fundibularijs percussos. Occisus est ergo seon: tulitque israel omnes eius civitates ab arnon usque iaboch, inter quas caput regni erat ezebon: et habitavit in eis. De civitate iosephus habet terram inter tria flumina sitam quasi naturam insule habentem et opulentissimam. Arnon fluit a meridie, iaboch a septentrione, qui in iordanem descendit: cuius nomen tradidit iordanis ab occidentem. Cumque transisset israel fluvium iaboch: et ascenderet per viam basan: occurrit ei og rex basan in ezebon, quem percusserunt cum populo suo usque ad interitum: et possederunt terram eius. Tunc terra hec

Exponit quod dixerat vallis in vertice phasga

Vel saltim circa terram suam: sic fecerat esau et moab, quod legitur in deuteronomio.

Civitates sunt quarum altera est caput regni altera finis.

quam habuerunt ultra iordanem non fuit de terra promissionis, quod patet, quia moyses habet iteravit profectus castrametati sunt in campestribus moab, ubi trans iordanem hiericho sita est.

De itinere balaam et quod elocuta est asina.
Capitulum. XXXII.

Idens balac fili

v l' sephor qui tunc rex erat in moab, quod fecerat amorreo: timuit et ascitios seniores madian qui primi regem erant amici consulerunt quid facto opus esset dicentes. Populus hic debet nos: sicut solet bos herbas usque ad radices carpere. Misitque eorum consilio ad balaam filium beor artolium qui habitabat super flumen amonitarum ut veniret et malediceret populo huic. Audierat enim quod benedictus erat cui benedicebat balaam: et maledictus cui maledicebat. Audierat etiam quod israel non vincebat in arcu et gladio: sed ordo fusa ad deum suum. Visumque est eis commodum ex creaturibus quod orationes divinare. Cumque venissent ad balaam seniores moab et madian ferentes munera divinationis in manibus, causamque vie exposuissent, dixit eis balaam. Manete hic hac nocte donec videam quid dixerit mihi dominus. Dominus enim prophetas se mentiebat, licet in sacrificando consuleret demones. Forte demonem qui sibi loquebatur dominum vocabat. Dixitque ei dominus in nocte curam populi sui geres. Non eas cum eis: nec maledices populo huic: quia benedictus est. Mane surgens balaam dixit se prohibitus a domino. Rursum misit ad eum balach viros plures et honoratos, muneraque maiora et ampliora permisit si malediceret populo. Quibus ait balaam. Si dederit mihi balach domum suam plenam auri: non poterunt mutare verbum domini. Obsecro manete hic etiam in hac nocte. Et ait dominus ad eum nocte. Surge vade cum eis, ita dicitur: et quod precepero tibi facias. Mane strata asina profectus est cum eis. Et iratus est dominus et stetitque angelus domini gladio euaginato in via contra balaam. Putaverat enim propositum capere cupiditate promissorum disponebat quod populo malediceret: licet prohibuisset dominus. Josephus videtur velle quod dominus iratus quasi ironice dixerit ei, vade cum eis. Quod quia non intellexit obstitit ei angelus. Cum autem vidisset asina angelum: quem tamen balaam non videbat: timens deviauit in agrum. Quas cum verberibus reduxisset balaam ad semitam iterum stetit angelus in angustiis maceriarum